dicitur. ſeneaſe. ſori γιαι! nec merebatur abſque templo
populuſ & deorſum habitanſ. aliū habere regem. niſi qui
generationibuſ ſeruiebat. & amabat carnem. & primam
ſententiam inerudita adhuc hominiſ. & eiecti de paradiſo
cuſtodiebat. creſcite & multiplicamini & replete terrā.
Ergo quia dariuſ amator erat coituſ. & ſociuſ draconiſ. cuiuſ
omniſ uirtuſ in lūbo ē. Idcirco in ſecundo anno. uiſio populo
cernitur. in inmundo numero. & poſt unionem uirginita
tiſ. & paradiſi nuditatem. tunicaſ ſignificante pelliciaſ;
Denique in geneſi cū in primo die dictum ſit. & in tertio & in quar
to & in quinto. & in ſexto. poſt conſūmationem operū ſingu
lorum. & uidit dſ quia bonū ē. In ſecundo iuxta ebraicū & a
quilam. & ſymmachum & theodotionē. non habet; neque enī ʒora
poterat ſecunduſ dieſ. qui numerum facit qui ab unione
diuidit. qđ bonuſ eſſet di ſapientia cōplari; menſiſque quoque
ſextuſ adſcribitur. qui non habet ſollemnitateſ dī ſicut m̄
ſiſ ſeptimuſ. ſed uicinuſ ē dierum ſex. In quibuſ factuſ ē mun
duſ. In quo laboratur. & in ſudore facieſ comeditur paniſ.
& terra generat nobiſ tribuloſ & ſpinaſ. & cum ſemen
tem acceperit tritici. lolio magiſ auenisque fecunda.
Sed quia iā altare ędificatum fuerat. & aduerſum hoſ
teſ repugnanter. tēplū uoluerant extruere. nec extru
xerant. In uno die menſiſ ſexti. factum ē uerbum dnī in
manu aggei pphetę. ut deſerenſ populuſ ſectmannū